



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XCVIII. Firmana fideicommissi de Casanova. Ad eamdem materiam
test. in . l. hæredes mei §. cum it à ff. ad Trebell. super resolutione numeri
pluralis in singularitates, & de illius ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

tibus contrarium plenè deducuntur apud *Fusar. d. g. 473 eod. n. 30. & sequen. & n. 50. & sr.* Ideoque cum in dicto iurisdictione habente qualitatem præsumptæ prædilectionis non concurreret altera qualitas successionalis ultimò morientis, dicebam limitationem non intrare, Adeo *Peregr. de fideicomm. art. 13. num. 38. cum sequen.* velit, quod ubi etiam utraq; qualitas concurrat, itaut substitutus excludatur, tunc persona prædilecta excludens obtineat successione magis ex titulo hereditario ultimò morientis quàm ex iudicio testatoris ac jure fideicommissi, juxta deducta *disc. seq.*

7 Reflectendo autem ad veritatem, resolutio potius placuit, Tum ex dicta limitatione, quæ traditur regulæ derivanti ex *d. s. cum ita* ad favorem personæ prædilectæ, non obstante dicta modificatione, ubi non concurrat alter titulus successorius gravati, cum illa, vel non placeat, vel intelligenda videatur eo modo de quo *infra in Firmana disc. seq.* Tum etiam quia mihi videbatur, quod ob qualitatem bonorum resultaret conjectura verisimilis voluntatis testatoris, ob quam intraret etiam altera limitatio eidem regulæ tradi solita, desumpta *ex cons. 231. Oldradi. & insinuata in eadem Avenionen. disc. preced.* ubi scilicet dispositio, ex qualitate bonorum in dividuorum, vel ex qualitate substitutionis, puta quia continet primogenituram vel majoratum, aut aliquod opus ex omnibus bonis perficiendum, cum similibus, dici possit unica & individua, itaut omnes primò vocati considerentur tanquam unam & idem corpus vel genus, in cujus omnimodum defectum ulterior substitutionis gradus ordinatus fuerit.

9 Et in his terminis versari observabam, (quamvis scribentes in contrarium ad id non adverterent) quoniam iste assis pro notabili parte consistebat in dicto castro juris dictionali *Trivignani*, quod licet de stricta juris censura tanquam allodialia esset dividuum, cum in his partibus etiam castra & bona feudalia, quoties non sunt dignitatis, sint dividua, & ut dicimus juris Longobardorum, quinimo etiam illa Dignitatis sint dividua saltem in exercitio seu fructione, ut habetur in sua materia *sub tit. de feud. præsertim disc. 8. & in aliis; Nihilominus magis congruit ut ea quo magis fieri potest indivisa conserventur, ut pluries advertitur in eadem materia sub tit. de feudis præsertim disc. 38.*

10 Hinc proinde dici posse videbatur, quod dictæ unioni assisteret verisimilis voluntas testatoris, qui propterea, ne castrum tanquam res ad eò notabilis, suamque descendentiã vel familiam qualificans ad extraneas manus transfirer, voluit illud esse vel penes filios filiarum, vel penes illos de familia, ita implicite, atque cum simplicitate militari seu personæ idiote, vocando filios in conditione positos, nedum ad portionem matris sed etiam matertera, atque nedum cum vocatione activa, sed etiam passiva pro universâ descendentiã & deinde vocando proximiorẽ de familia subsidiariè post defectum genus suorum descendentiũ; Atque hunc proximiorẽ non per vulgarem, sed per fideicommissariam successivam juxta limitationem potius, quàm juxta regulam desumptam ex theoricã *Cummani*, de qua pluries supra, ita attendendo magis substantiam verisimilis voluntatis, quam verbales formalitates, admittendo in filio superstite ex coherede prædefuncto, vel transmissionem, vel vocationem in exclusionem substituti juxta latius ponderata *disc. seq.* adhuc tamen ob unicam disputationem non potuit efformari omninò maturum

judicium pro veritate cui integer locustur.

FIRMANA
FIDEICOMMISSI
DE CASANOVA
PRO
SIMEONE BONACCURSIO
CUM
MARIA ALLEGREZZA
CASANOVA.

Casus decisus per Rotam pro Maria Allegrezza.

Ad eandem materiam text. in *libello mei s. cum ita ff. ad trebell.* super resolutione numeri pluralis in singularitates, & de illius limitationibus. Præsertim de illa quando super persona prædilecta, & an hæc datur jure propriæ vocationis, & transmissionis, vel potius jure successionalis ultimò morientis, & an hæc transmissario censeatur repetenda dem conditio idemque omnis

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **R**esolutiones causa.
- 3 **D**e regulâ ut numerus pluralis resoluatur in singularitates.
- 4 **E**tiam si dicatur siambo, vel si omnes.
- 5 **F**alut si concurrant verba taxativa quædam.
- 6 **D**e altera limitatione ex verbo universales.
- 7 **D**e altera, si substitutus vocatus est per directam ad hereditatem.
- 8 **D**e altera ob reciprocã cum jure accretionis.
- 9 **E**t de altera ex *Si autem exclusio* præsumptiva.
- 10 **D**e limitatione, ubi superest persona prædilecta.
- 11 **Q**uod hæc limitatio involvat successorem personam prædilectam jure suo.
- 12 **Q**uando dicatur persona prædilecta.
- 13 **U**t intret dicta limitatio, de qua n. 10. prædilecta debet succedere ultimò morienti, & non alias, declaratur.
- 14 **F**acilius inducitur transmissio, quàm conditionale pendente conditione non transmissio, fallit ex conjecturis.
- 15 **Q**uamvis regulariter fideicommissum non transmissio, fallit ex conjecturis.
- 16 **Q**uales sint conjecture ad id sufficiens.
- 17 **I**n dispositione ascendenti sufficiens, majores conjecture.
- 18 **D**e conjectura transmissionis, ubi alteri præter ab absurdam, quod minus dicitur præsumitur.

- 19 De conclusione, de qua num. 13, impugnatur, & n. 22.
- 20 Distinguntur plures casus, in quibus transmissio facilius, vel difficilius intret.
- 21 Vbi resolutio numeri pluralis non datur sed conditio debet verificari in persona omnium: non requiritur existentia persone prædictæ successibilis.
- 22 Declaratur conclusio, de qua num. 13, & 19, ut persona prædicta superstes debeat succedere ultimo morienti.
- 23 Referuntur plures decisiones ad favorem persona prædictæ jure vocationis vel transmissionis.
- 24 Non est deserendum consilio, sed decisionibus, quæ potius sunt attendendæ.
- 25 Quod ad effectum transmissionis requirantur duæ conjecturæ contemplata agnationis, & digressus ad plures gradus.
- 26 Sed sufficit unus gradus.
- 27 Reputatur periculosum assumptum de quo num. 25.
- 28 Quod in transmissario censetur repetita eadem conditio, si sine filiis, & omni substitutionis.
- 29 Quod id videatur procedere in sensu naturali, sed non procedit in sensu legali.
- 30 Expenduntur doctrina super quibus fundatur conclusio de qua num. 28.
- 31 Transmissarius non succedit jure suo sed ex persona, & jure transmittentis.
- 32 De ratione differentia inter vocationem, & transmissionem.
- 33 Quod non detur conditionum, vel onerum repetitio, seu multiplicatio.

DISC. XCVIII.

Nicolaus Casanova relicta dote Mariæ Allegrezza filia sub præcepto aliud ab eius hereditate non petendi nisi in infra scripto casu substitutionis, hæredes instituit Silvium, Iosephum, & Iulium filios cum reciproca in portione morientis absque filiis, & quatenus omnes ita morerentur, vocavit dictam filiam; Cum autem primò obiisset Silvius superstite Nicolao juniore filio, deinde Ioseph absque prole, ac denum Iulius pariter absque prole, hic instituit dictum Nicolaum, eius sine filiis morienti substituit eandem Mariam Allegrezzam sororem; Defunctoque etiam dicto Nicolao sine filiis scripto hærede Simeone Bonaccursio; Hinc dicta Maria Allegrezza tam ex primo testamento Nicolai senioris patris, quam ex secundo Iulii fratris, iudicium immisionis instituit contra dictum Simeonem coram A. C. à quo prodiit sententia rei conventi absolutoria, quoad bona Nicolai senioris primi testatoris commissaque causâ appellationis in Rota coram Albergato, & dato dubio, An dicta actrici danda esset immisio, sub die 14 Junii 1669, affirmativa prodiit resolutio.

In his autem disputationibus habitis tam in Rota quam coram A. C. fortius verò in congressibus ex parte dicti Simeonis rei conventi habitis pro causâ directione, Advocati non erant concordēs, quod solet esse malum causarum fatum; Cum enim actricis fundamentum per Rotam in dicta decisione admissum consisteret in dispositione text. in l. hæredes mei § cum ita ff. ad trebell. ex qua desumpta est regula hodie recepta super resolutione numeri pluralis in singularitates juxta deducta supra in Avenionen. disc. 96. & in aliis, & sic quod defectus dictæ conditionis in Silvio uno ex hæredibus mortuo cum filiis non impediret purificationem substitutionis in duobus aliis absque prole defunctis, reprobata etiam opinione distinguen-

Carâm. de Luca de Fideicommi

te, sive immorante in formalitate verborum, & considerante, an ad hoc verbum, si ambo vel si omnes cum similibus ex deductis dicto discurs. 96. præsertim apud Gregor. decis. 296. & in Romana fideicommissi de Ferratinis 17. Junii 1669. coram Carpinea, in qua recensentur plures alia super hac eadem causa de Ferratinis coram Ortolana.

Insistebant firmiter alii hujus partis docti quidem ac seniores & primarii Advocati, quod dicta regula in hac facti specie nullatenus recipienda esset ex pluribus circumstantiis diversam testatoris voluntatem suadentibus, quod scilicet intellexerit vocare dictam feminam præcisè & taxativè in solo casu, quo dicta conditio in persona omnium copulativè, ac juxta sensum grammaticalem verificaretur, ad quod probandum ponderabant; Primò quod dicta regula cessat, ubi constat testatorem per verba taxativa, vel æquipollentia se restrinxisse ad casum præcisum mortis omnium absque filiis ut advertunt Riminal. jun. cons. 312. num. 24. Peregr. cons. 31. nu. 4. & 5. lib. 5. & ceteri quos plenè referunt Ciriac. contrav. 521. num. 28. & 29. Fusar. quest. 473. num. 118. & sequen. & dixit etiam Rota in Rom. fideicommissi de Drusolinis 12. Junii 1654. coram Cerro, Idque DD. frequentius exemplificant in illis verbis restrictivis, tunc & eo casu, quæ in præsentem concurrere dicebatur, dum in legato dotis dictæ feminae ut supra injungitur, ut nihil aliud prætereundere posset nisi in infra scripto casu, quo contingat omnes filios masculos institutos mori sine filiis.

Secundò ob verbum universale, omnes, quod licet ubi est soluz, sub dubio sit, an faciat necne hanc operationem, negari tamen non potest producere unam ex conjecturis cum aliis conjungendam, ut plenè colligit Ciriac. dicta contrav. 521. num. 18. & n. 23. cum sequen. & habetur etiam apud Rotam dec. 429. n. 7. & 9. par. 4. rec.

Tertiò, dum dicta femina defectis masculis vocata fuit cum verbis directis ad totam hereditatem, quia nempe instituta fuit hæres, quod arguit individuum voluntatis, quodque testator sentierit de purificatione conditionis in persona omnium, ut ex Ripa in d. S. cum ita num. 136. advertit Mantie. de conjec. lib. 11. tit. 5. n. 24. & admitti videtur per Rotam apud Seraph. decis. 190. num. 5. & 6.

Quartò ob reciprocam ordinatam inter primos, potissimè junctam cum jure accrescendi Mantie. d. tit. 5. num. 24. Ciriac. d. contrav. 521. num. 11. & 27. Fusar. d. qu. 473. n. 66. & 71.

Et quintò stante Statuto exclusivo feminarum, quo concurrente, cessare dictam regulam, atque numerum pluralem non resolvi in singularitates advertit Barr. in eodem §. cum ita num. 4. & sequuntur ceteri relati, et Gabr. de subst. conclus. 3. n. 18. Peregr. cons. 152. n. 11. lib. 5. Fusar. dicta q. 473. n. 52.

Quamvis autem omnes dictæ limitationes seu conjecturæ suas recipere possent responsiones, quarum aliquas præbet decisio desuper edita, respondendo præsertim ad quartam juris accrescendi & bene, ut procedat in substitutione directa non autem fideicommissaria, adeo ut non de facili sufficerent ad hujusmodi operationem inducendam, Attamen in hac facti specie, ob concursum alterius efficacioris, de qua proximè infra, ubi scilicet superest persona prædicta, ponderando omnes simul junctas, ac reflectendo etiam ad veritatem, absolutum mihi videbatur dictam regulam ita tolli, quodque ex primo testamento Nicolai senioris actrix nullum jus haberet.

X

Hoc

Hoc tamen non obstante, mihi non placebat, quod istud motivum deduceretur, sed meus sensus erat, quod dicta regula per aëtrici defensores deducta pro principali fundamento non impugnaretur, sed potius omnino præsupponi deberet, ita ut nisi adesset persona prædilecta, ob cuius existentiam tantum illa limitaretur, dicta aëtrix succederet; Cum enim ista limitatio recepta sit, illaque sufficiat juxta traditionem *Bart. in d. §. cum ita num. 4.*, magis communiter receptam, ut advertitur in *Avenionen: & Vrbevetana discurs. proximè præcedentibus*, & per *Rotam decis. 145. part. 1. rec.* atque tanquam certum admittitur per *Rotam moderatam*, quoties agatur de dispositione ascendentis cum descendentibus in dicta Romana fideicommissi de *Ferratinis 17. Junii 1669. coram Carpinea*, & in aliis præcedentibus ibi recentibus editis in eadem causa coram *Ocalora*, in quibus distinguendo inter fideicommissum ascendentis & illud transversalis, admittitur limitatio in primo, negatur autem in secundo, & verè est recepta & vera limitatio.

Hinc proinde dicebam, ita obtineri intentum excludendi dictam regulam, in qua erat aëtrici fundamentum, necnon obtineri etiam alium notabilem proficuum effectum admittendi aliam ejusdem aëtrici necessariam successionem jure substitutionis militantis in portionibus, in quibus verificabatur conditio jure dictæ resolutionis pluralitatis in singularitates, quod scilicet ita resultaret conjectura implicitæ vocationis vel transmissionis, in qua totum erat hujus partis fundamentum ob rationem absurdæ, ut infra, & quæ conjectura aliàs cessaret, destruendo dictam regulam cum præfatis aliis limitationibus, seu conjecturis, dum ita hæredes gravati, in quibus dicta conditio verificabatur, caduca substitutione ob defectam conditionem in persona unius, remanebant liberi, quod ad effectum præsentis questionis redundabat in idem, cum aëtrix duplicem habebat titulum, unum dictæ substitutionis in priori testamento Nicolai patris, & alterum substitutionis in testamento Julii fratris ultimo defuncti, ideoque nil intererat resolutionem pluralitatis in singularitates resultare necne.

Quod autem præfatus Nicolaus junior ex Sylvio primo fratre defuncto superstitis esset persona prædilecta, nullam admittebat dubitationem ex pluribus in idem tendentibus; Primò scilicet quia descendens; Secundò stante Statuto exclusivo, quia femina habetur pro extranea, qualem etiam reputavit testator in concursu masculorum cum Statuto se conformando; Et tertio fortiter, ac convincenter, quia positus erat in conditione ad exclusionem substituti, quem ita liquido constat esse minus dilectum, ut de singulis hujusmodi prædilectionis argumentis agunt oranes de hac materia tractantes; Diciturque argumentis resultantibus à facto testatoris, addebam ego alterum resultantem à facto ipsius hæredis gravati, quem lex supponit voluntatis testatoris conscientiam, ac reputare solet idoneum interpretem, dum Iulius ultimò moriens in ejus testamento eundem servavit ordinem, vocando prius Nicolaum fratrem, ac ponendo ejus filios in conditione, quibus defunctis ac subsidiarè sororem minus dilectam vocavit; Et sic non videbatur dubitandum ex hac sola limitatione dictam regulam tolli, atque aëtrici fundamentum destrui absque necessitate recurrendi ad præfatas alias limitationes, seu conjecturas, quæ paràm vel nihil circa hunc effectum proficiebant;

nocere tamen poterant circa alium fundamentum magis efficax seu efficaciorum consuetudinum magis efficax seu efficaciorum consuetudinum

Est bene verum, quod his etiam firmata, obtineretur intentum, quoniam licet prædicta limitatio, ut existentia personæ pluralitatis ad favorem ulterioris substituti militantis, Attamen id modificatur, ut excluso substituto operetur præservatio prima successionis dictæ personæ prædilectæ tamen ex testamento vel ab intestato obveniat ultimò morientis successionem, ut ostendit theoricam *Bart. in d. §. cum ita, ar. Castrense & aliis antiquioribus Gabr. cons. 47. lib. 1. Peregr. cons. 152. num. 13. lib. 5. Grop. 82. num. 32. & sequen. lib. 1. & ceteris prædicta q. 473. num. 38. & sequen. & num. 1. segg. late Rovit. cons. 76. & 77. lib. 1. etiam *Rota in Interanen. fideicommissi 13. 1668. coram Carpinea*, cum aliis in hac decisione, quæ in ista modificatione prædicti fundamentum constituit; Ea enim potius refert impediri resolutionem pluralitatis in singularitates, atque ita primam substitutionem carari, si subsisteret secunda, quæ ad favorem aëtrici Nicolai prædilecti superstitis jure successorio ultimi morientis gravati non adeo nisi daretur ejusdem Nicolai substitutionem cessaria successio jure proprio & independentem præfato Julio ultimo moriente, inani enim tota hac inspectio.*

Ad id obtinendum, supponere oportet dicti Nicolai filii in conditione positi ventum vel transmissionem; Quia verò magis niter receptum est difficultus induci potest quam transmissionem facilius admittitur ceteris relictis advertitur apud *Capp. L. 81. Buratt. decis. 568. n. 5.* & in aliis, præter verò quia non agebatur de inducenda substitutione filiorum in conditione positorum ad præfatum proprii parentis, sed ad illam patris, quæ difficultus inducitur, ac habet regulæ relictæ etiam in casu quo adit Statutum inductum venam filiorum in conditione positorum, ut advertitur in præcedentibus ad istam mutationem cationis filiorum in conditione positorum, proinde de omnium Advocatorum concordantia sensu assumptus fuit punctus transmissionem quam facilior, quamvis apud *Capp. L. decis. 1.* in consimili questione, obducto motivo vocationis & transmissionis, potius magis secundum ab eo Sacri. Conditionem fuit, ut patet ex dicta decisione in fine.

Quatenus igitur pertinet ad dictam transmissionis substitutionis conceptam ad Iulium Sylvii fratris prædefuncti in Nicolaum ultimò ita jure proprio, seu transmissario locum independentem à gravato ultimo morientem, proinde gravari non potuerit, ut ita ultimus substitutionis titulus ad favorem præfati Ego & ceteris pro hac parte scribentibus præfatus regulam transmissionis exclusivam, quæ substituti mors contingat non adhibere prædictam de commissi conditione, Insuper etiam præfata limitatione resultantem à consuetudinibus diversam testatoris voluntatem, et quæ dubitatur fieri transmissibile id quod non est plene antiquioribus relictis *Ejus. cons. 47. lib. 1. de transmiss. cap. 1. Capp. L. decis. 1.*

sequen. Greg. dicta decis. 56. & 551. Buratt. dicta decis. 568. Cels. dec. 88. & 174. decis. 377. par. 11. rec. & in aliis frequenter juxta ea quæ pluries habentur infra ad hanc materiam transmissionis *disc. 112. & sequen.* itaut admittat ferè omnium aliarum ista etiam non sit amplius questio juris sed facti & applicationis, super pondere scilicet ac efficacia conjecturarum, & an versemur in casu regulæ, vel in altero limitationis, cum utraque sit absque dubio in abstracto vera & recepta.

Plures autem in proposito concurrere videbantur conjecturæ, quas non solum canonizatas habemus in proximè allegatis decisionibus, ac infra dicto *disc. 112. & sequen.* ad hunc effectum facilitatem transmissionis, sed etiam ad alterum difficiliorem vocationis, ex collectis in proposito vocationis per *Add. ad Buratt. decis. 385.* & frequenter in precedentibus ad hanc materiam vocationis filiorum in conditione positorum; Primò scilicet, ipsa positio in conditione filiorum non simplex sed geminata, quod satis considerari solet, Secundò qualitas legitimorum & naturalium eisdem adjecta. Tertiò reciproca ordinata inter primò institutos. Quartò digressus ad plures gradus, Et quintò Statutum exclusivum sceminarum, cui etiam testator se conformem reddidit.

Istæ conjecturæ simul junctæ videbantur sufficientes, ut patet ex supra allegatis decisionibus *Gregorii, Buratti Celsi, & Capicii Latræ* cum aliis dicto *disc. 112. cum duobus sequen.* Sed quando ex illarum tantum concursu aliqua subesse posset difficultas, illam omnino cessare advertetam ex alia satis efficaci in specie canonizata dicta *decis. 377. num. 15. par. 11. rec. edita in causa de qua infra disc. 114. apud Celsum dicta decis. 88. nu. 7. & 8. & 176. nu. 10. Gregor. dec. 551. num. 7. Cypic. Latr. decis. 1. num. 90. 93. & 99. apud quos concordantes, Ubi scilicet negata transmissione, neque resuleret bonorum libertas, sed adhuc fideicommissum duraret, illudque deferendum veniret ulteriori substituto, unde propterea resuleret absurdum, quod dictus ulterior substitutus minus dilectus excluderet filios ad eus exclusionem in conditione positos & absque dubio prædilectos, & quæ absurda ratio etiam ad effectum vocationis pro efficaci conjectura attendi solet ex collectis per *Add. ad Buratt. decis. 385. vers. octava conjectura & frequenter.**

Ad istud autem absurdum removendum, perneccesse danda est successio personæ prædilectæ jure proprio, non autem successorio ultimi morientis; Ista siquidem limitatio introducta est non in gratiam & favorem gravati ultimò morientis, qui stante ulteriori substituto prohibetur disponere de bonis in extraneos, sed in gratiam & favorem talis personæ prædilectæ, Unde propterea ex communi omnium sensu admissio etiam in hujus causæ decisione, eatenus dicta limitatio intrat, quatenus talis persona succedat, sed hæc successio non debet esse cum qualitate hæreditaria morientis, ut volunt DD. de quibus supra *num. 13.* Ista enim polita, successio obligatus remaneret ad omnia debita vel etiam legatis gravati posset usque ad integrum valorem, ideoque limitationis effectus non recedanderet in gratiam & utilitatem personæ prædilectæ, sed in illam morientis vel extraneorum creditorum & legatariorum, cum reduplicato absurdo excludendi tam dictam personam prædilectam quam substitutum, quod in sensu tam legatum quam naturali aperte repugnat.

Ut enim advertitur dicto *disc. 112.* magna differe-

Cartin. de Luca de Fideicommissis

rentia est inter casum, in quo transmissionis controversia sit cum solo hærede gravato contendente de unica substitutionis caducatione, ac bonorum libertate, & casum in quo adit ulterior substitutus, ab hære cessante transmissione successus; Primus enim est durior ob favorem libertatis, maioremque habet resistentiam regularum adversus extensionem seu prorogationem servitutis; Alter autem est longè facilior ob dicti absurdi fortissimum argumentum, ad cuius effectum, ut supra, mea opinio erat adharendum esse scribentibus in contrarium super resolutione pluralitatis in singularitates, admitendo s. durationem substitutionis in his portionibus, quatenus non superesset persona prædilecta, quæ jure prælationis substitutorum excludat, ita restringendo dictæ regulæ cellationem ad istum casum tantum; Si enim intrarent dictæ alia limitationes de per se operative observabam exindè resultare non solum amissionem hujus fortis argumenti, sed etiam quod ita versemur in supradicto primo fortiori casu contraria transmissionis cum hærede contendente de libertate, quæ postis dictis aliis limitationibus resuleret eo ipso quod Sylvius primò defunctus reliquit filios, itaut defecta esset conditio, quamvis deinde de tempore mortis aliorum sine filiis illi non superessent, puta quia essent naturaliter vel civiliter mortui sive alii insuccessibiles, cum sufficienti conditionem extitisse, neque ejus perseverantia, vel effectus requiratur.

Atque hoc est quod propriè dicere voluerunt nostri majores, per moderniores supra allegatos malè intellecti circa hujus limitationis moderationem, ut eatenus id procedat, quatenus ultimò morienti prædilectus succedat, spectato scilicet effectu, sive impleta ratione ob quam talis limitatio introducta est, nè alias sola existentia de facto personæ prædilectæ quamvis insuccessibilis seu alia hanc successionem non obtinentis causaret exclusionem substituti ad favorem gravati, ut regulariter contingit in filiis vel aliis in conditione positis juxta *decis. 151. par. 3. rec. & Carill. decis. 266.* ac habetur frequenter in precedentibus, itaut non resuleret effectus, sive non impleteretur ratio, ob quam dicta limitatio inducta est; Non indè tamen resultat consequentia, quod hic prædilectus succedens habere debeat ultimò morientis qualitatem hæreditariam, dum ita limitationis effectus redundaret potius in gratiam extraneorum creditorum, vel legatariorum, aut aliorum, in quos moriens gravando hæredem disponat, quam ipsius prædilecti; Ideoque pro mso sensu clarum videtur æquivocum Modernorum, ita dictam modificationem intelligentium, cum nullum habeat nec antiquæ auctoritatis, nec probabilis rationis fundamentum, potissimè verò dum ejus authores sunt Consulentes, quorum venalis doctrina ad causæ opportunitatem suspecta est.

Eoque magis observabam dictis auctoritatibus Consulentiis deferendum non esse, eo quia semper quod consimilis controversia casus contingit, pro ea notitia, quæ habeatur, semper pro filio in conditione posito ex primo moriente superflite, in exclusionem, tam substituti, quam hæredis decisum fuit, vel ex jure vocationis, vel ex altero transmissionis, ut patet ex *decisione Sac. Consilii Neapolitani apud Cypic. Latr. d. decis. 1. in fine & ex altera ejusdem Tribunalis decisione relata per Rovie. d. cons. 77. lib. 1. in fine*, qui scribens in contrarium succubuit.

X 2

Magis

LUCA
e
mentis
at
VI
9

Magisque punctualis est decisio Tribunalis Camerae Apostolicae de anno 1664. proponente Acciajolo in Vrbevetana fideicommissi de Cervaria de qua disc. preced. in cuius casu ulterior substitutus qui succubuit, ac exclusus fuit iure transmissionis per filium primò morientis, duplicem habebat titulum, unum substituti, & alterum hæredis ultimò morientis. Aliaque fortior concurrebat circumstantia favoris agnationis, dum veniebat iure substitutionis conceptæ ad favorem proximioris de familia in concursu cognati, à quo tamen exclusus fuit, neque dabatur decisio in contrarium; Ideoque dicebam rectè intrare traditionem *Franchi decis. 260. num. 5. & 6.* quam refert & laudat pluries *Rota presertim in Laudan. versus 21. Junii 1666 coram Taja*, quod quando allegantur consilia, videre oportet Decisiones super eis editas, quibus magis quàm Consiliis deferendum est ut dignoscitur de dictis duobus *conf. 76. & 77. docti J. C. Rovisi nervosè editis pro altera parte, & tamen contrarium fuit decisisum.*

Hic autem est unus de nimis claris & contemptibilibus pragmaticorum erroribus, quod illæ doctrinæ quæ ipso Auctore vivente, ore tenus etiam dante calore, non fuerunt efficaces in suo casu præciso, in quo accuratè ac studiosè editæ fuerunt, debeant effici tales in diverso casu, ex eo quod inter volumina impressæ sint, Ut patet de me ipso scribente in tot causis, in quibus succubui, quoniam si meæ informationes editæ in causis cum diverso exitu luci editæ fuissent prout jacent, pro decisione fervire deberent, cujus contrarium egiomet pluries agnosco, frequentius enim magis doctæ, ingeniosæ, ac elaboratæ solent esse informationes, quæ fiunt pro ea parte, de qua magis timetur, & quæ pars magis studet habere classicos ac ingeniosos ac primi nominis defensores, in quibus proinde ex hac ratione frequens succumbentia expectari solet, cum alteri parti foventi clariorem justitiam, solus causæ Patronus, vel qualis qualis Advocatus sufficiat, quoniam quilibet scit ambulare per viam planam.

Decisio in causa edita, respondendo dictis aliis conjecturis, quæ juxta sensum majoris partis, neglecto dicto argumento absurdi, deductæ fuerunt in hærendo alias firmatis *apud Rojas decis. 389. n. 7. 8. in Hostien. fideicom. prima Decembris 1659. coram Cerro, in Faventina coram eodem de qua disc. 112. & in aliis, firmat assumptum quod ad effectum transmissionis aliæ conjecturæ non sufficiant, nisi concurrant illæ duæ efficaciores, nempe contemplatio agnationis & digressus ad plures gradus substitutionum, vel saltem earum altera; Verùm in sensu etiam veritatis, ista responsio non obstabat, tam ex factò quàm ex jure, Ex factò scilicet quoniam aderat dictus ulterior progressus substitutionum ad favorem ipsius astricis post alteram reciprocam ordinatam inter primò institutos, atque ad hunc effectum necessarium non esse multiplicem digressum, sed sufficere in uno gradu tantum, in specie firmatur *dec. 377. num. 13. par. 11. rec. & in Narnien. fideic. 30. Aprilis 1660. coram Bevilacqua, ubi præcisè respondetur ad hoc motivum & ad decisiones Hostien. & Faventin. & de qua causâ habetur disc. 113.**

De jure quoque istud assumptum videtur periculosum, istæ siquidem duæ conjecturæ sunt quidem efficaces, undè eis vel earum altera concurrentibus, aliæ remanent magis operativæ, & conversò debiles, quando istæ non concurrunt, sed non

per hoc dicendum est, quod sint præcisè veritas, hoc enim nullum habere videtur ius incrementum, ut advertitur in terminis fortioris conditionis filiorum in conditione posteriorum, hæc materiam pluries, Et tamen receptè longè facilius induci transmissionem quam veniem ut supra, potissimè verò ubi agitur de substitutione, non ad duos difficiliore effectus, imò scilicet libertatem vel inducendi aequalitatem prioris cum proximioris, sed ad alium faciliorem cludendi ulteriorem substitutum minus effectum, ut à casuum distinctionem, de qua d. 46. 11.

In primis disputationibus habitis coram scribentes pro actrice insistebant in eo, quod etiam hæc transmissio admittenda esset, tamen in transmissario tanquam subrogatum cum ejus patris subintelligenda veniret eadem dicitio si sine filiis ad favorem substituti etiam decisionis *Rota Bononiensis registrata apud Gemin. 32. num. 58. lib. 1.* quam decisionem referunt *Monac. dec. Bonon. 67. num. 20. cum sequentibus sequenter inferebant, nihil referre quod transmissio intraret, stante morte transmissarii filii superflue eadem actrice substituta, effectus erat idem.*

Considerando istud motivum in eodem naturali, & quid verisimiliter responderet dictus si resurgeret ac interrogaretur, nihil rebar aliquam difficultatem, cum eadem ratio vocandi dictam filiam tanquam de sanguine, in casu quo deficerent omnes filii sine filiis, ut ita propria filia præteriret extraneo, & in alio casu in quo eorum superesset filius ad breve tempus, sciens.

Verùm agendo in sensu legali, ac jurum majorum propositiones, quæ hoc tenentur habemus pro regulis, perinde ac si de legum, iste solus sensus naturalis non attenditur in materia cadente sub *conf. 21. Orlan. in alia sub glos. in l. Lucius ff. de vulg. necnon in agenda transmissione, sive extensione substituti ad filios substituti præmorientis, & nepotes non veniant ad effectum gerantur nomine filiorum cum similibus, quæ ob nimicula & conjecturæ non urgent, ex regula reddatur dubia, quo casu, tam absurdi, quàm iste sensus naturalis, seu responsio defuncti, satis attenduntur pro intentione voluntatis, quæ ex aliis redditur. Sive pro aliarum conjecturarum & administrationis corroborazione, ista verò consideratione de per se nullius momenti reputantur, ut tamento absurdorum habetur in *duplici Bonon. & 30. & in aliis ibi proximè, ac frequenter totam hanc materiam.**

Examinando autem legaliter dictam *Rota Bononiensis*, tam per auctoritates, quam fundat, quam per rationes, Dicebam tunc tenere æquivocum ac fallaciam claram, siquidem auctoritatibus fundatur in *l. 1. conf. 152. lib. 1.* quæ auctoritas extranea dicto, etiam illa admittenda esset tanquam non verè & firma, de quo tamen dubitandum non defuit illius impugnatores, Sed quid sit, agitur ibi de substituto per quem qui ob corruptum gradum antecedentem, dicit non iure transmissionis à primo substituto immediatè ex persona propria tanquam substitutus, qualis de secundo factus est, impug-

CVM

FRANCISCO FONTANA

Casus resolutus per A. C. pro Tertiis.

An reciproca simpliciter ordinata inter plures, quorum aliqui sunt universaliter instituti, & alii particulariter, conveniat omnibus, vel potius intelligatur discretivè inter comparatos sub eadem substitutione? Et aliqua de licita alienatione bonorum fideicommissi non obstante.

SUMMARIUM.

- 1 **F**actus.
- 2 Tertius emptor mercium an sit tatus, datur distinctio inter venditas singulariter vel in universum.
- 3 Quando taberna confusa cum alia majori amittat suam universalem qualitatem.
- 4 Pretium non succedit loco rei.
- 5 Quando emens bona fideicommissaria bona fide sit tatus.
- 6 Reciproca intelligitur ordinata inter universaliter institutos non autem cum instituto in re particulari.
- 7 Expenditur limitatio hujus conclusionis, quando omnes universaliter instituti cessant.
- 8 Emens bona fideicommissaria ex licentia per testatorem vel per legem gravato concessa est tatus.
- 9 Alienari possunt bona tempore peritura, & conservantur non apta.
- 10 Licentia alienandi concessa uni persona an extendatur ad aliam.
- 11 Emptor bonorum fideicommissi an teneatur esse sollicitus de investimento pretii.

DISC. IC.

N Fontana Nurfintus seu alterius loci Spoletanz diocesis, mercium tabernam fundacum vulgè nuncupatam, exercens in Urbe in platea, qua dicitur ad Turrin Sanguineum, moriens in ejus testamento, cum reciproco fideicommissi, & cum quibusdam aliis substitutionum gradibus, instituit tres ejus filios, Joannem Dominicum, Didacum, & Franciscum in codicillis verò revocata quacunque dispositione, quam ad favorem Francisci ejusque filiorum ordinasset, eum heredem particularem instituit in quibusdam bonis in patria existentibus, ac in quadam summa pecuniaria, cum eisdem tamen substitutionibus conditionibus, & oneribus in testamento contentis, dicto vero Joanni Dominico facultatem dedit, ut si ei opportunum videretur, fundacum prædictum de consensu Didaci, qui erat clericus in sacris, necnon cum scientia & consensu Petri ejusdem testatoris fratris alienare valeat; Cum autem post mortem testatoris infra breve tempus mors Joannis Dominici sequuta esset Didacus superflus & coheres universalis clericus in sacris in patria comorans, per eundem Petrum patrum procuratorè ad id constitutum fundacum prædictum pro proreio scutorum circiter s. m. vendidit Achilli & fra-

X 3

& fra-

subingressione in locum seu gradum corruptum, juxta ea que de hac vulgari in fideicommissi seu anomala habentur infra disc. 107. & sequen. Ac etiam de eadem habetur in præ. edentibus spæ. sim.

Isti autem termini omnino extranei sunt ab illis transmissionis, quoniam transmissarius non succedit ex persona propria, sed ex illa transmittentis; cuius hæres esse tenetur, ita fingente lege, quod substitutus non prædecefferit, sed et momentum supervixerit gravato, atque fideicommissum jam purificatum ac delatum transmissit in filium, ut admittit eadem decisio apud Giovagn. d. conf. 82. n. 59: Cancer, par. 3. var. cap. 21. n. 154. & seqq. late & magistraliter Giovagn. conf. 80. num. 18. eodem libr. 1. & d. conf. 82. num. 199 ubi considerando differentiam inter transmissionem & vocationem, ac rationem, cur facilius intret transmissio quam vocatio, illam & quidem veram assignat quod in casu transmissionis non agitur de novo gravamine, neque de multiplicandis substitutionibus, illisque subintelligendis, ut est in casu implicitæ vocationis, sed est eadem & unica substitutio, quam ita lex ex voluntate testatoris fingit purificatam, effectumque sortitam in ipso primo substituto, à quo jure successorio, non autem substitutionis metitur filius in quem transmitti dicitur successio non autem condicio, cuius repetitio seu multiplicatio non datur, ut comprobant Ruin. conf. 47. num. 9. vers. quia illa condicio libr. 2. Paris. conf. 60. n. 55. libr. 2. & alii. Continuante solum in transmissario onere reali ex ipsis bonis adimplendo, atque ex testatoris iudicio tractum successivum habente, non curata discretionem personarum, itaut si substitutus verè & realiter gravato supervixisset, atque fideicommissum jam delatum ac agnatum moriens transmississet, adhuc ejus hæres eodem onere premeretur;

Quodque de dicta decisione, seu veriè de indigesta digressionem extensis extra punctum decisionis, nulla penitus ratio habenda esset, ponderabam, quod idem Giovagn. in hac fideicommissaria præsertim materia, doctus quidem ac profundus I. C. postquam scripserat ad causæ opportunitatem tanquam Advocatus, atque favorabilem resolutionem obtinuerat, præfataque decisi ne extensa, ipse illam registravit in ejus Responso præcedenter edito, illudque revidendo, ac magis ornando pro publica luce, in fine d. num. 199. potius tanquam Tractatista quam tanquam Consulens atque pro solo sensu veritatis aliquas annectit bonas ponderationes, & tamen istud motivum omnino negligit rationabiliter quidem, utpotè nulli innoxium fundamento.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE FONTANA

PRO

ACHILLE & FRATRIBVS
DE TERTIIS

Cardin. de Luca de Fideicommiss.